



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Henr. Harphii Theologi Eruditiss. Ordinis  
Minorvm, Ac Rervm Divinarvm Contemplatoris eximij.  
Theologiæ Mysticæ Libri Tres**

**Henricus <Herpius>**

**Coloniæ, 1611**

Quòd iustificatio quatuor per ordinem requirit, & quomodo Deus pulsat ad  
ostium animæ. Cap. IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37362**

biorum: *Inpius cum in profundum venerit malorum, contemnit, qui contemptus considerare non sinit peccatorum enormitatem & gratuitatem, nec futuram calamitatem.* Vnde Augustinus in Enchiridio: *Pecata quamuis, inquit, magna & horrenda, cum in consuetudinem venerint, aut parua, aut nulla esse creduntur, vsque adeo, vt non solum non occultanda, verum etiam praedicanda, diffamandaq; videantur.*

III.  
Studiositas  
peccandi.  
Eisl. 30.

Quarto, proinde male agendi studiositatem quandam exhibendo, de qualibus dicit Psalm. *Et non audiuit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Ibi: igitur secundum inclinationem fomitris ad malum, in adinventionibus suis, id est, in peccatis enormibus ab ipsis adinuenitis, quam adinventionem causat illa studiositas, quae tantas abominaciones adinuenire solet, quod eas nec nominare nec recollere fas est.*

V.  
Obliuio  
Dei & salu-  
tis.  
Gene. 3.  
2<sup>a</sup> Tim. 4.

Quinto, siquidem per hanc diuinam studiositate subreperere solet obliuio Dei, & omnium, quae pertinet ad animae salutem: quod notatur per illud Geneseos: *Saper peccatus tuum gradiaris*, eo quod per reminiscenciam diuinarum miserationum quali nunquam talis esset erigendus. Vnde nec bonum audire dignatur, iuxta illud Apostoli: *Multi sana doctrinam non suslinebunt, sed coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus. Et a veritate quidem auditum auercent, ad fabulas autem conuertentur.*

VI.  
Obstinatio.  
Eccles. 7.

Sexto, perueniendo in peccatorum obstinationem & defensionem, quae frangi potest, sed ad poenitentiam flecti non potest, quia, vt dicitur in Ecclesiaste, *nemo corrigere potest, quem ille, scilicet Deus, despecterit.* Et sic malitiam defendit agnitam, & veritatem impugnat agnitam, vt liberius peccet. Septimo, denique non contentus propria perditione, se pro posse constituit auctorem perditionis alienae, secum alios trahens in eandem damnationis voraginem. Gaudet enim inuenire sibi similes in malitia, virtuosus inuidens, persequens, deridens, & detrahens. Quod a nobis auertat Iesus.

VII.  
Corruptio.  
re alios.

*Quod iustificatio quatuor per ordinem requirit, & quomodo Deus pulsat ad ostium anime. Cap. IIII.*

Ioan. 8.



*Reuertere reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.* Canticor. VI. Quasi diceret: *O Sunamitis, id est, anima misera, pro peccato captiuata, (na qui facit peccatum, seruus est peccati) reuertere primo a contemptu: secundo, a consuetudine: tertio, ab opere: quarto, a consensu*

sensu peccatorū: sicut e contrario peccata perpetrasti, procedēdo à consensu in opus, ab opere in cōsuetudinem, à cōsuetudine in contemptū. *Revertere*, inquit, sicut ancilla ad dominū, sicut filia profuga ad patrē, sicut agra ad medicū, sicut adultera ad sponsum. *Revertere* deniq; per diuinæ gratiæ infusionem, per motum liberi arbitrij in Deum, scilicet per fidem charitate formatā, per motum liberi arbitrij in peccatū, per detestationem, & per peccati expulsionem & remissionem. Quamuis enim impij iustificatio non est successiua, sed instantanea; tamen ordine naturæ primò requiritur infusio gratiæ, deinde motus liberi arbitrij in Deum per dilectionem, postea in peccatum per detestationē, eò quòd sit contra Deum, & tandem sequitur culpæ remissio, quæ est finis motus in iustificatione, ad quam sicut ad finem, illa transmutatio totaliter ordinatur. Vnde subdit: *Ut intruemur te*, scilicet oculo misericordiæ & veniæ, intuitu gratiæ in via, & gloriæ in patria.

Pro quo notandum, quòd iustificatio, secundum D. Thomam, est iustificatio transmutatio de statu culpæ ad statum gratiæ. Vel, ut dicit Glossa super quid illud Pauli: *Quos predestinavit, hos & iustificavit*: iustificatio est remissio peccatorum, & consummatio bonorum. Vbi tangitur recessus à termino à quo, & accessus ad terminum ad quem. Hæc ergo iustificatio quatuor requirit:

Primò requirit infusionem diuinæ gratiæ, quamuis accidentaliter infusio gratiæ se habet ad remissionem culpæ, ita quòd potest esse infusio gratiæ sine remissione culpæ, sicut in statu innocentia, & in homine Christo, quantum ad primum instans conceptionis suæ. Sed infusio gratiæ remissionē includit culpæ, eò quòd homo est in statu peccati, ad cuius iustificationem est remissio culpæ necessaria, & ante remissionē culpæ infusio gratiæ, sine qua non potest fieri remissio culpæ, hoc est, ex parte Dei iustificantis, prior est infusio gratiæ, quam remissio culpæ, quia causa est prior suo effectu. Sed ex parte peccatoris iustificati, prior est remissio culpæ, quam infusio gratiæ, quamuis hæc duo fiant in instanti, quia Deus infinitæ virtutis, in instanti mentē disponit, & gratiam infundit. Quòd autem primò requiratur gratia ad iustificationem, patet, dicente Apostolo: *Iustificati gratis per gratiam ipsius*. Nam quia culpa commissa in Deum est malum infinitum, & humana natura potentiā infinitā habere nō potest, ideo requiritur diuina gratia. Nullum etiā peccatū dimittitur sine charitate, quæ dicitur operire omnia delicta, sed sine gratia, charitas haberi non potest.

Iustificati-  
oni quæ ne-  
cessaria.

I.  
Gratia.

Rom. 3.

Prover. 10.  
1. Pet. 4.

P. 4. Vnde

Vnde quamuis dilectio Dei (quantum est ex parte actus diuini) manet immutabilis & aeterna; tamen quantum ad effectum, quem nobis imprimat, quandoque interruptitur, prout ab ipso quandoque desicimus, & quandoque iterum recuperamus: quia Dei dilectio non solum consistit in actu voluntatis diuinae, sed etiam importat quandam effectum gratiae causantem, ne homini peccatum impuretur à Deo: quia scilicet gratia fit dignus vita aeterna, à qua mortale peccatum excludit. Cum enim charitas est quaedam participatio diuinae vitae, ideo excludit omnem mortem animae, id est, omne peccatum mortale: aliqui sequeretur illud inconueniens, quod anima simul & semel esset diuina vita aeterna & morte aeterna. Haec autem iustificatio, & animae viuificatio maximū opus Dei est, quia in iustificatione peccatoris Deo iustificanti repugnat inordinata voluntas peccatoris, & tamē ibidem acquirit peccator esse gratiae, quod multo nobilius est, quam esse naturae. In creatione verò nihil repugnat voluntati creatantis, Et ideo dicit Augustinus, quod maius opus est, ut ex impio iustus fiat, quam creare caelum & terram. Hinc merito dicit Psalmista: *Miserationes eius, scilicet quibus iustificat impios, super omnia opera eius.* Et iterum: *In aeternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis uiuificasti me.* Secundo, requirit motum liberi arbitrii in Deum per fidem charitate formatam. Non enim sufficit ad iustificationem cognitio naturalis, quia per eam homo non conuertitur in Deum, in quantum est obiectum beatitudinis, & causa iustificationis. Fides quidem ostendit homini Deum esse summum bonum, sed oportet eam esse charitate formatam, ut fidem habens, gressu amoris & boni operis tendat in Deum, affectanter acquiescens infusione diuinae gratiae, ne talis inuoluntarius, & per consequens indispotus inueniatur: quia, secundum Augustinum, qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te, id est, qui creauit te sine te repraeuente, non iustificabit te sine te consentiente, peccata detestante, & quod in te est, faciente. Et ad hoc dilectā hortatur animam in Canticis, dicens: *Aperi mihi foror mea, amica mea, colubam meam.* In quibus uerbis Christus animae sponsus ualēter pulsat tribus ictibus, sicut ait in Apocalypsi: *Ego sto ad ostium, scilicet liberi arbitrii, eius expectando conuersionem: & pulso per internā inspirationem, exigendo voluntatis ad me conuersionem.* Vnde generaliter facienti quod in se est, per gratiam gratis datam, concito Deus per gratiam gratum facientem occurrit, & ad suam familiaritatem dulciter trahit. Sicut principi

Iustificatio  
cur sit ma-  
ximū opus  
Dei.

Psal. 144.  
Psal. 118.

II.  
Morus libe-  
ri arbitrii  
in Deum.

Cant. 5.

Apo. 3.

principi publicanorum Zachæo Iesum videre cupienti quis esset, statim adfuit diuina clementia, quæ vocauit eam ad Christi familiaritatem, dicens: *Zachæe, sis manseris descendere, quia hodie in domo tua oportet me manere.* Et hoc subdit in Apocalypsi, dicens: *Si quis mihi aperuerit ianuam, scilicet voluntatis, introibo ad illum, scilicet gratiam gratû facientem infundendo, & cenabo cum illo, in eius fide, operibus, & virtutibus delectando, & ipse mecum, de mea gratia & spiritali consolatione delectando.* Primus autem ictus est: *Aperi mihi foror mea.* Quasi diceret: Adiuo te per amorem, quo propter te naturam humanam assumendo, me fratrem tuum constitui, ac annis xxxiij. pro tua liberatione & exaltatione tam laboriosè defudauj, vt cor tuum mihi aperias, & amore reciproco fideliter exhibeas. Sicut Augustinus, lib. de Catechizandis rudibus, dicit: Ama amorem illius, qui amore tui amoris descendit in vterum Virginis, & ibi amorem suum amori tuo copulauit, humiliando se, sublimando te, coniungendo lumen suæ æternitatis, limo tuæ mortalitatis. Et Sanctus Bernardus: Agnosce ô homo, quod nihil tantum ad amorem illius inflammat, sicut beneficiorum eius immensa donatio. Ex hoc enim, quod ipsum tam liberalem cogitas, ad largiendum non solum sua, sed & seipsum secundum omnem affectû & modum, ipsum te nimium diligere cogitabis. Nihil autem ad amorem tantum excitat, sicut amari. Cõsidera quanta fuerit erga te dilectio Dei, quod veller Deû hominè, & hominè quodammodo Deû fieri: & sic te post lapsum querere, & post offensam plus quàm prius exaltare. Nunquid exaltationem culpauerit? Certè non. Sed ne ab eo fugeremus amplius, naturam nostram inseparabiliter sibi vnire voluit. Secundus ictus est: *Aperi mihi amisa mea.* Quasi diceret: Adiuo te per dilectionem in passione mea tibi præostensam: qua maiorem

Lucæ 19.

Apoc. 3.

Pulses diuina gratia ad amorem.

Amor Dei quomodo maximè excitetur in homine.

Ioan. 15.

Q sicut

si ut amore suo nos inebriaret. Tertius ictus est: *Aperi mihī columba mea*, id est, adiuro te per Spiritum sanctum, quem in specie columbae praestentum dedi tibi in Baptismo, & te mihi in sponsam consecraui, ut huius beneficii memor, cor tuum mihi aperias, & me charitate reciproca constringas: quia *delicia mea, esse cum filiis hominum*. Hinc S. Bernardus: Habes dilectionis pignus Spiritum sanctum, habes & fidelem testem Iesum Christum & hunc crucifixum. O geminum, ipsumque firmissimum erga nos Dei amoris argumentum. Christus moritur, & amari meretur: Spiritus afficit, & amare facit. Ille facit cur ametur, iste ut ametur. Ille multam dilectionem suam in nobis commendat, iste dilectionem dat. In illo cernimus, quod amemus; ab isto sumimus, unde amemus. Et quia *charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum*, amati amemus, ut amantes amplius amari mereamur.

*De tertio necessario ad iustificationem impij, scilicet de perfecta penitentia, ad quam quatuor requiruntur, & de attritione, contritione, dupliciq; dolore contritionis. Cap. V.*

III.

**R**

*Reuertere, reuertere Sunamis, reuertere, reuertere, ut inuocamus te. Reuertere, inquam, per plenum dolorem peccatae malitiae, per veram amaritudinem perfectae displicentiae, per firmum propositum verae penitentiae, & per debitam mortificationem inordinatae concupiscentiae.*

Penitentia  
actus primus,  
peccata de-  
plangere.

Merito namque dicitur quater, *reuertere*, quia quatuor requiruntur ad perfectionem verae penitentiae. Primum est, peccata deplangere, vel saltem de eis dolere, & displicentiam habere, ut ad eorum agnitionem valeat plenius deuenire. Quia (secundum Gregorium) saepe quod torpentibus latuit, stentibus innotescit. Et afflictā mens citius inuenit malum, quod fecerat: & reatum suum, cuius secura non meminit, hūc in se comota deprehendit. Et quod vberius culpa defletur, eō altior cognitio veritatis attingitur: quia ad videndum internum lumen, polluta dudum conscientia, lachrymis baptizata renouatur. Veruntamen non omnis dolor, & displicentia vel lachryma pro peccatis, delet peccata: quia dolor existens in volūtate, qui est displicentia peccati) quandoque est informis, & tunc dicitur attritio: sicut cum quis dolet de peccato propter sequens damnum & scandalū, vel incommodum temporale, vel aeternū, & non propter diuinā offensam. Sed talis dolor non

forma: